

+ SECUNDUM +

respicite uolatilia caeli · qm̃ non seruunt nequemetunt ·
nequecongregant inhorrea · & pater uester caelestis pascit illa · nonne uos magis pluris estis illis ·
quis autem uestrum cogitans · potest adicere ad statura suam cubitum unum ·
& de uestimento quid sollicti estis · considerate lilia agri quomodo crescunt · non
laborant nequenent · dico autem uobis · qm̃ nec salomon in omni gloria sua cooperta est · sicut unum
existis · si autem fenum agri quod hodie est · & cras
in clibanum mittitur · dē sic uestit · quanto magis
uos minimae fidei · nolite ergo sollicti esse dicentes ·
quid manducabimus · aut quid bibemus · aut cooperiemur ·
haec enim omnia · gentes inquirunt ·
scit enim pater uester · quia his omnibus indigetis ·
quaerite ergo primum regnum dī & iustitiam eius ·
& omnia haec adicientur uobis · F

Nolite esse ergo sollicti in crastinum · crastinus enim
dies sollictus erit sibi ipsi · sufficit diei malitia sua ·

VI Nolite iudicare · ut non iudicemini · in quo enim iudicio iudicaueritis · iudicabimini · & in qua mensura
mensi fueritis · remetietur uobis ·

Quid autem uides festucam in oculo fratris tui · & tra
bem in oculo tuo non uides · aut quomodo dices
fratri tuo · sine eiciam festucam de oculo tuo · & ecce
trabis est in oculo tuo · hypocrita · eice primum
trabem de oculo tuo · & tunc uidebis eicere festucā
de oculo fratris tui ·

© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0034